

(1270) 1271, març, 3

Pere Gener, comanador de l'hospital nou de Girona, defineix a Bernat de Bellmirall el mas de Pradell, situat al vilar de Millàs, a Madremanya, que tenia per indivís amb aquest, pel mas d'Escaldabecs, situat al mateix vilar, que tenien igualment per indivís i del qual rep definició.

ASD núm. 215, perg. orig., 300 x 255 mm.

Sit notum cunctis quod ego frater Petrus Ianuarii, preceptor hospitalis noui de Gerunda, de consilio pariter et assensu fratrum dicti hospitalis, per nos et per omnes successores nostros, gratis et spontanea uoluntate donamus, diffinimus et remitimus uobis Bernardo de Bellomirallo cui Gerundensi et domine Guilielme uxori uestre et uestris perpetuo mansum nostrum de Pradello quero nos et uos medium per medium tenebamus pro indiuiso, qui condam fuit Guilielmi de Pradello, qui est in uilari de Milars in parrochia Sancti Stephani de Matremagna et quo nobis in beneuidium deuenit. Iamdictum itaque mansum, cum omnibus honoribus et possessionibus et terris ehl.sdem cuitis et heremis per quoscumque dominos in dicto manso teneantur et cum terris que sunt alodia uobis et uestris perpetuo donamus, diffinimus et remitimus cum ingressibus, exitibus, pertinenciis, tenedonibus, arboribus generum diuersorum, cum tota sua proprietate et integritate et cum toto iure quod nos et fratres dicti hospitalis et pauperes eiusdem habemus · et habere debemus, accipimus et accipere debemus iure directidominii uel proprietatis uel alio quouis modo, prout melius et utilius potest dici et intelligi ad uestrum uestrorumque comodum ac bonum et sanum uestrum intellectum, extrahentes et eicientes dictum mansum cum omnibus supradictis de nostro iure, dominio atque posse in uestrum et quorum uelitis _ius, potestatem et dominium eundem irreuocabiliter transferendo, constituentes nos dictum mansum uestro nomine possidere donec corporalem possessionem uel quasi apprehenderitis de eodem, quam possitis auctoritate uestra apprehendere et eandem uobis perpetuo retinere, dantes et cedentes uobis et uestris perpetuo in predictis omnia iura nostra, loca, uoces, rationes, acciones nostras reales, personales, utiles, directas nobis in predictis competentes uel competituras ad omnes uestras uoluntates inde perpetuo faciendas, sine aliquo. retenti. l. quod non facimus in aliquo de predictis. Et promittimus uobis stipulantibus per nos et successores nostros predictum mansum semper uobis et uestris facere habere et tenere in sana pace et erimus inde uobis et uestris defensores et legitimi guirentes contra cunctam uiuentem personam. Et pro hiis complendis et atendendis ac de firma et legalie uiciorie omnique interesse obligamus uobis et uestris nos et omnia bona et iura dicti hospitalis ubique, presentia pariter et futura. Hanc autem donacionem uobis facimus ea uidelicet ratione quare uos donatis, diffinitis et remittitis nobis et fratribus ac pauperibus dicti hospitalis perpetuo in alio instrumento mansum uestrum de Scaula Becha qui est in ipso eodem uilari, cum omnibus suis possessionibus et pertinenciis uniuersis, cuius directum dominium inter nos et uos erat mediatim, et recognoscimus uobis quod id quod nobis datis et remittitis in alio instrumento de manso de Scaula Becha et de dominio quod in eo habebatis ualet tantum quantum mansus Pradellus et plus ad comodum pauperum dicti hospitalis, renunciando in hac

parte legi seu iuri quod subuenit deceptis et omnia iuri scripto et non scripto contra predicta in aliquo repugnantibus. Et nos frater Petrus de Sparra, frater Petrus de Casis et frater Petrus de Castronouo, fratres dicti hospitalis laudamus, concedimus et approbamus omnia supradicta, promittentes non contrauenire.

Quod est actum .v. nonas marcii anno Domini .MCCLXX.

Sig+num fratris Petri Ianuarii, preceptoris, sig+num fratris Petri de Sparra, sig+num fratris Petri de Casis, sig+num fratris Petri de Castronouo predictorum qui hec omnia firmamus, concedimus et laudamus. Testes huius rei sunt Iohannes Geralli, Arnallus de Prato, ciues Gerundensis, Arnallus Russi de Solgosta de Caciano et Arnallus Raffardi de Gerunda.

Sig(s. man.) num Michaelis de Ulmo, qui hoc scripsit mandato Bernardi de Uicco, notarii publici Gerunde. (s. man.) Raimundus de Caciano, terrenus locum Bernardi de Uicco, publici Gerunde notarii, subscribo.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 449-451